
LIBRARIÆ UNIVERS
IAGELL CRACOVI

24000,–

IN HOC VALENTINI POLIDAMI LIBELLO HAEC Continentur.

Oratio de Christiana resurrectiõe, ad reuerendissimum dominum Petrum Thomitium Pontificem Cracouiensem.

Et ad integerrimos prælatos, & Canonicos ecclesiæ Cracouiensis.

Elegia de Christiana resurrectione, ad magnificum dominum Seuerinum Bonar.

Elegia de uictoria ex Valachis parta clarissimi domini Ioannis comitis Tarnouiensis.

Carmen Heroicum de operibus iustorum, ad magnificum dominum Petrum, regni Poloniæ supremum Marsalcum.

Nonnulla quoq; Epigrãmata illustrium uirorum

AD CHRISTVM.

Calliopes, summiq; dator pulcherrime Phoebi,
　Nunc te nostra canit uota, precesq; monent.
Inq; tuas laudes tribuas aptissima labra,
　Tu mihi perfugium, tu mihi Phoebus eris.
Nunc mea diuino tingantur pectora rore,
　Tot tribuas dotes Christe, quot ora petunt.
Tu sis summe dator tanto cum munere promptus,
　Hanc deposcit opem nostra mineruа tuam.

DE VICTORIA CHRISTIANAE RESVR rectionis ad magnificum dominum Seuerinum Bonar de Balice, Zupparium magnumq; procuratorem Cracouieñ. ac Bieczeñ. Rapstineñq; Capitaneum. Elegia per Valentinum Polidamum edita.

EST hilaris totum uictoria nostra per orbem,
　Quæ stygíj fregit tartara nigra Iouis.
Ausus sum nitidi magnus regnator olympi,
　Orci feralem dispoliare manum.
Sic furias omnes potui, sic uincere Ditem,
　Hoc sacro quisquis robore saluus erit.
Ne quem styx miserum cruciet, ne triste barathrũ,
　Neue suis cuiq̃ uiribus obstet, abest
Vt furor inferni sileat mirabilis orci,
　Qui sic fecissem, uictor, an hostis eram.
Si omnipotens dicar terrarum conditor orbis,
　Haud sine me quicq̃ terra polusq; fouet.
Fama tamen certa est, & magno nomine uiuit,
　De me supplitium tartarus omnis habet.
Scis genus humanum, quæ sit clementia cepto,
　Spemq; boni tulerit quæ tibi fama mei.
Nec quisq̃ rabido mactetur tristis auerno,
　Cœlica sunt famulis gaudia cuncta meis.
Numen erat nostrum, quum tartara uicta fuissent,
　Ipsa iacent, nostrum quum nisi uelle fuit.
Deniq; Dis fuerat nostris iugulatus ab armis,
　Debilior nihilo pugna furentis erat.

A ij

Dis loca bacchãdo tantũmodo pauca profundus
  Poſſidet : ulterius nil habet iſte ſuum:
Quæ mea ſceptra forent : non huic uictoria ceſſit:
  Sic conſtat, ſimilis non fuit ille mihi.
Subdidit infernas, minuitq; inſania uires,
  Et rabidos manes ſubiacuiſſe patet.
Heu Dis ſubiacuit : Deus ut ſuccederet illi.
  Quolibet ut nomen perſonet ore meum.
Nec Phlegethon ſæuit: quis enim torquet auerno?
  Si modo, quem calco, ſic iacet ille canis:
Hoc quoq; enim facio, quæ ſit uictoria tanta,
  Aut mea ſit uirtus tam bene nota ſtygi.
Sed quia Dis debet ſummo parere tonanti,
  Et mea uis longas fertur habere manus.
Pluto iacet certe cunctis mortalibus hoſtis,
  Non mea polliciti robore facta carent.
Nam mea quod manes diuina potentia uincit
  Me quoq; tot uictis infera regna timent.
Ipſe Charon non dat grauiora pericula pœnæ,
  Non hos, non illos horrida monſtra petunt.
Nil homo non peccãs trepidat, quũ nẽpe nec ullus
  Terror, qui pœnas Ditis obumbret, erit:
Syſiphus orci nec ſaxum reuolubile portat,
  Dicitur is uolucris liber ab orbe rotæ:
Non ſtygij rodunt mortalia membra colubri
  Non fera Tiſiphone fumat ad ora faces:
Aeacus ut pœnæ iudex taceatur, & omne
  Orci prodigium, tartareumq; genus.
Stans liquidis nec eget, nec abũdat Tantalus undis,
  Seuas nec Tytius uiſcere paſcit aues.

Quæcunq; orcus agit, quæcunq; pericula Pluto,
  Hæc facio noſtra cuncta ſilere manu.
Non homines cruciat diris Proſerpina uinclis,
  Inſidias nulli, & toxica ſæua coquit.
Ille tamen uirtute mea, pugnaq; potenti
  Frangitur, & uires perdidit ille ſuas.
Seuiat, uſq; licet, mea ſit, mea uincat, oportet,
  Pugna, feri Ditis cuncta pericla iacent.
Sic feci, ut ſtygijs feritas uaneſcat in umbris,
  Neue ſuis tribuat uerbera ſæua dolis:
Sed iam iam Pluto iacet hic, cetuſq; barathri
  Vincitur, at cunctis cœlica regna patent.
Eumenides iacuere truces, cœleſtia gaudent,
  Panditur ad ſuperos maxima meta deos.
Hac hac ibit homo, hic ſunt & pulcherrima dona,
  Hic mortale genus gaudia læta capit:
Illic iuſtitiæ, illic eſt pietatis amator.
  Hic humilis Chriſti regia ſceptra uidet.
Aut tibi cura prior, q̃ nuntia gloria ſurget,
  Aut tu me potius, q̃ fera monſtra petas:
Et mea dona probes: ſic accepti ſſima ſemper
  Gaudia ſunt, cœlum quæ pretioſa colit.
Nil magis eſt, quod amas, quod do tibi gaudia cœli,
  Quod dicar : quod ſim lux, & origo boni.
Me mare, me tellus: quod ſum tibi cauſa ſalutis;
  Me nitidi laudant ſydera cuncta poli.
Iam plauſus ſit, ubi & mœror fuit, atq; querela:
  Exultant factis cuncta creata meis.
Iam me purpureis celebrant uiolaria donis,
  Tot mihi chara parit pignora terra ferax.

Et modo me cantat, modo dat mihi florea serta,
Campus: quaq; peto, qui quoq; parte dabit.
At quoties fœtu, quoties me germine dulci,
Explicat & tectis graminis omne nemus.
Nulla mora est, laudat uiridis me ramus oliuæ,
Sylua triumphali floret honore meo.
Et mihi uel uario, uel multo munere uitis
Dat decus, & laudem gramina cuncta suam.
Et quantum frutices, tantum mea gaudia crescunt,
Hoc mihi rugoso cortice fagus agit.
At mihi uictori quod toto semine campus,
Plaudit, meq; suis excolit herba comis.
Nostris letantur pulcherrima lilia uotis,
Suspicor, ut cultus sic erit ille sacer.
Quod folijs arbor, quod tellus gramine laudat
Me, quod me superis cœlica regna colunt.
Quæcunq; herba suo uictori, stirpsq; sat amplam
Famam, quæ toto nascitur orbe, dabit.
His ego delitijs, quum surgat fertilis hortus
Flecterer, his possunt gaudia nostra fore.
Hic lacus, hi colles, hæc tot me saxa, tot arua,
Plena sacræ laudis, plena fauoris amant.
Nunc folia arboribus, nūc plaudūt gramina cāpis.
Hoc illo uolui tempore triste nihil,
Quis non letari zephiros, eurosq; uidebit,
Et sæuum Boream, grandisonumq; Notum.
Quæ taceant uoces? non est sine cantibus æquor,
Carmine, non nugis gaudia nostra tonant.
Quæ me non hilaris laudant præconia mentis,
Quis terra & pelago non mihi dulce canit.

Sed non tristis erit, sed erit letissimus æther:
Quum sint letitiæ tempora certa meæ.
Ver nitidum surgit, nitidum uer munera gignit,
Hæc mihi magnificus fama triumphus erit.
O nec iam flores arent, nec floridus hortus,
O laus, & summi gloria magna Iouis,
Sic pandunt latices, sic fontes numina nostra,
Non quod amare petūt, sed fore fas, ut amēt,
Nō minus ac minus est superos optare, qđ optant
Mortales, laus an non ego uictor ero?
Inclyta laus mea per solem, per sydera currit,
Dant freta, dant amnes, dat mihi nomen ager.
Me tellus uirtute sua tam mitis adorat,
Quid diuū, atq; hominū, quid mihi laudis adest.
Nostrum quis renuit pulchri solamen amoris,
Quem me uictorem styx pauet illa deum.
Hunc colit, hunc laudat, solum cōplectitur illum,
Illius festum dulce colonus agit:
Viribus hunc totis, cunctisq; expromere neruis.
Et de quo fari nocte dieq; studet:
Quid faciat, uigilat, uigilat, me scilicet unum
Laudabit: uere si celebrare uolet.
Me ne conticeat, quum sint præconia nostra
Ampla, facit, laudis quo tueatur opus:
Gaudia proueniunt sacris exorta triumphis,
Quodcunq; est, plausus astra, polusq; colit:
Gaudia uictoris laudemq; decusq; fatentur,
Quem mare, quē syluæ, quē pia cantat humus.
Quo nihil in terris maius sub sole, sub astris

Ad finem mundi fabrica tota colit:
Omnis cantat auis, quum non mea tẽpora desunt
Lætitiæ plausu non caritura nouo.
Me, me nunc laudat placidum, mitemq; tonantẽ.
Testis & innumeris uox sonat ipsa locis,
Sic mihi respondent auium præconia sacra:
Omnia plectra sonant, lingua tenore uiget.
Atq; meas laudes omni puto promere cantu,
Non rauco placidũ gutture ferre sonum.
Nec me Thespiades sileant, nec magnus Apollo,
Nec me Calliope, Pieridumq; chorus.
Cui Sappho, & Clio dulcissima munera dictat,
Quem celebrat Lyricis illa, uel illa modis.
At mihi res omnis sanctissima cantica donat,
Iam quouis resonat noster in ore sonus.
Nec me Nereides spernũt, Dryadesq; puellæ.
Nec me Castalidum cætera turba negat.
Cõueniẽs rerum est Christum laudare uoluptas:
Haud ulla potius quæritur arte salus.
Quis negat, æterno quicquid restabit honore.
Vt uideam laudem, lætitiamq; meam
Sanguine tam multo mortalia membra redemi
Aut aperire poli lucida tecta dedi.
Ad suprema uenis iucundaq; gaudia lætus
Scis homo, quod tribuo qđ petis, unus habes.
Quum tamen optares fieri mea cœlica turba,
Cui fieret solo me tibi dante salus,
Omnia læta scio superat mea gaudia nemo.
Vtq; meam quiuis sumere poscit opem.
Me penes auxilium pollet sublime salutis,

Ad me suspirant pectora cuncta Iouem,
Qui tibi cuiq; dedi prauis erroribus hosti
Aeternos plausus, hospitiumq; poli.
Sed si quam tribuit laudem uictoria læta,
Sic mea non paruum uictima pondus habet.
O fœlix nostro solio, sceptrisq; potiris,
Si celebri cantas nostra trophæa lyra.
Munera summa quidem, sed non indebita presto,
Et data sunt seruis præmia digna meis.
Sed plaudo: plauduntq; mei sine fine clientes,
Qui cantus poni per mea festa iubent.
Quot frutices lucus, quot mollia gramina campus,
Quot pelagus conchas, astra quot æther habet,
Tot uictorem ita me psalmis, tantisq; triumphis
Noctes atq; dies mitia corda colunt.
Quodcunq; auditur nihil est, nisi cãtus & hymnus,
Gratia se rerum sic mihi tota gerit.
Dimisso mundo properabam uisere cœlum.
Me sobolem patris dextera tota tenet:
Plaudere fas equidem mortalia pectora duco
Delitijs etiam sic reor esse meis:
Vtq; sit hoc certum, dubium quod nemo fatetur:
Hoc nisi rex regum nomine dicar ego.
Cerno triumphales circum mea numina diuos,
Vicimus, in nostra est uita beata manu.
Quicunq; astriferas miles concesserit oras,
Huic ego præsidij causa salubris eram.
Huic præcepta dedi, neq; enim præcepta repressi,
Testis mos uitæ, testis & ipsa fides.

B

Cuncta suis famulis uerax promisit Iesus.
Quos capit ætherei grex pius ille chori.
Quos hic suscipiens ait o fidissima turba,
Fiat & ante oculos lux tibi clara meos.
Cœlica dona tibi, nam te solatia cœli,
Te requies, te pax, te capit illa cohors.
Omnis apud superos spectat te summa uoluptas,
Vis ibi delicias quas tibi cunqȝ meas:
Et cantus aderint uotis & plectra palato,
Indutum claro lumine corpus erit.
Sed postq̄ superi plaudunt: mea lumina cernunt,
Qui nunq̄ nisi me lumine lumen habent.
Illic est requies diuumqȝ hominumqȝ perennis,
Lætitiamqȝ poli hic angulus omnis habet.
Hæc dabitur merces Christi comitantibus acta,
Hæc merces puris mentibus esse solet.
Vt quoniam fidi sola uirtute clientes
Aeterne lucis gaudia nostra ferant.

VALENTINI

POLIDAMI ORATIO DE CHRISTIANA resurrectione, habita ad reuerendissimum dominum Petrum Thomitium, Pontificem Cracouiensem, & ad reuerendos dominos Prælatos & Canonicos ecclesiæ Cracouiensis.

SI integerrime præsul, uosqȝ ornatissimi Canonici hodiernus dies propter iucundissimam uictoris laudem illuxerit ad lætitiam hominum sempiternā: quo quidem die mare, terraqȝ triumphat, triumphat cœlum, triumphant astra, eodéqȝ die gloriæ rex potentissimus pro suis immortalibus in nos hominés, & antiquos patres, maioresqȝ nostros meritis satis nobis abunde libertatem recuperauerit: quæso, atqȝ obsecro: ut eius misericordiæ potius, quam magnitudini nostrorum meritorū id tribuendum censeamus. Quæ enim tanta, atqȝ tam diuina in dicendo copia quærenda, quæ exercitanda ingenij uiuacitas, quæ uis explicanda, quæ extollendæ uoces, quæ propaganda eloquentia? quod tam singulare atqȝ grauissimum genus orationis, quæ omnia tanta, quæ aures delectant, deliniunt, permulcent, ornamentis rhetoricis dicenda sunt, quibus modis nemo abnuat, nemo recuset apud fabricam uniuersam mundi gloriam Christi immortalem, & uictoriam non dicam publicare connitendo, sed amplissi

care uigilando, qui nobis superos placidissimos, nos superis optatissimis, patribus nostris libertatē, nobis æternitatem, qui gloriam, qui fœlicitatem, qui altissimam sedem, qui cœlitum patriam, qua nihil potest melius excogitari, qui deniq; semetipsum no/bis præstitit: quod si nepharios ac furibundos dæ/monas frangere ac consumere ualuit, quod ab ijs nobis diuorum tabernaculum, collegium, consorti/um, cōmunitas, societas sublata fuit, si Plutonem, cuius uinculis & hæc supplitia habuimus, & hijs supernis rebus; priuati fuimus: si consilium, si fi/dem, si ueritatem, si uigilantiam, si curam, si totum deniq; munus clementiæ omni offitio præstitit. cu/ius opibus in amplissimo sodalitio, & in altissimo gradu fœlicitatis, atq; in his omnium bonorum iu/cundissimis & placidissimis, sanctissimisq; delitijs collocabimur: si hoc ipsum donum, a quo solum suauissimis illis gaudijs exaltabimur: inaudi/tum quiddam & inusitatum est, quod nobis non abnegauerit: qui suo singulari beneficio atq; acer/bissima passione hortos amenissimos paradisi, se/dem altissimam cœlitum, speculum clarissimum pa/tris cœlestis his semotis a nobis æternis supplicijs, nobis omnia cœlestia hodierno die concesserit: ut quum multa monstris, multa prodigijs, magna fu/rori diabolico, incredibilia Plutoni, omnia iura ba/rathri deleuit, exterminauit, eiecit, hæc nunc singula per Christum possidemus, antea uniuersa per dæ/monas amiseramus. Itaq; clarissimi uiri, quod ne tristandum quidem est omnibus hominibus, illam

ipsam uitam æternam per Christum assecuti uide/mur: illa enim inq̃ illa beneficia sunt Christi: quæ ut obscuratura nulla unq̃ sit obliuio: hæc illo isto die cum hymnis, cum laude, cum gloria, cum psalmis, nos in cœlum exultantes feramus. Nonnunq̃ post errorem parentum nostrorum unus hoc hominū genus liberauit pugna fortissima, incredibili uicto/ria, & ante hunc diem inaudito triumpho: quem habet illa Christi salutaris resurrectio maxime lætū, & minime tristem: si laudare placuisset seruatorem salutis nostræ: posteaq̃ a nobis potestas lætandi nō est abalienata per eum seruatorem, qui quum per se Ditem superare omnino posset, non alieno numine tentauit: nunq̃ de nobis quieuit, nunq̃ salutem no/stram præsertim ab hijs furijs, quæ oppresserant, oblitus est. Itaq; eius singulari fortitudine, atq; sa/pientissima & præclarissima uictoria perfectum est: ut ille ipse dies, quem cuncta progenies, quē omnes ordines, quem uniuersa creatura sibi, q̃ inferorum multitudini maluerat esse salutarem, hoc beneficiū haberet, quod promulgaret de nostra salute, & con/tra inferos constantissi me pugnaret. Nam redem/ptor, & omni officio nobis, & summa clementia coniunctus, & misericordiæ amantissimus, efficie/bat lege, non ea quæ de meritis nostris, sed ea quæ de misericordia lata esset: quum scelerum consiliari/us non regnaret, ut si ex æquo quidem maximus esset fructus iucunditasq; ijs: qui hanc lætitiam tu/lerunt, tum diabolica potestas periret, quo facto utrumq; uidemus, & nos uniuersi gaudeamus, hoc

iſto tam excellente bono, & fruamur cum fœlicitate
& gloria, tum etiam æternitate, & immortalitate di/
uina, ſi aut hoſtes atq; raptores animarum non im/
perarent, aut Chriſtus omnino dominaretur. Itaq;
illo ipſo die, cum Chriſtus uiciſset: principes autem
barathri, non angelorum prælio, ſed Chriſti, poten/
tiam ſuam amiſiſsent: humanum genus non ſine
lætitia eſset : neq; ſolum conſolatione perpetua, ue/
rum etiam uoluptatibus quottidianis eſset exaltatũ:
ſalutem adipiſci uidemur : noſtræ fœlicitatis robor
diuulgaretur: nunq̃ hæſitamus noſtram uitam cum
angelica uita coniungere. Poſtea uero q̃ diuina &
præſtantiſsima uictoria noſtri redemptoris ex cali/
gine & tenebris Acherontis lucem in cœlum afferre
licuerit : quum patris cœleſtis potentiſsimi condi/
toris atq; optimi gubernatoris ſumma maieſtas,
quum ſanctiſsimi ſpiritus facile clariſsimum omniũ
lumen, & gratia conditioni humanæ ſubueniſset:
quum ſapientia, uirtute, gloria Chriſtus omnium
principum, omnium ſeculorum, omnis memoriæ
facile uictor clariſsimus & maximus potiſsimum
mortalibus ſatiſfacere conaretur: cuius tanta dili/
gentia de ſalute noſtra fuit, ut licet corpus abeſſet
noſtrum, animæ iam quoq; ad cœlum aduolaſsent.
Quo quidem hodierno die quid inter nos & inter
noſtros inimicos intereſſet, iudicare nõ dubitamus:
Chriſtus noſtrã ſalutem indagauit, patefecit, præ/
tulit, peperit, ne nos propter dæmonum poteſtatẽ
cœleſti republica priuaremus : ille noſtras animas
non angelicæ cohortis ſuffragiis, ſed ſanguinis no/

bilſſimo flumine recuperandas putauit. Itaq; hoc
quidem tempore, nihil dæmones luctu, nihil ſtri/
dore dentiũ, nihil ſqualore, nihil minis, nihil metu
inſidiantur, meditantur, criminantur, nihil Dux ere/
bi iuſsis, nihil Cerberus furioſo latratu, nihil hic di/
abolicus dominatus æternis ſuppliciis mactat, Plu/
tonis oppreſsam manum, ereptum dominiũ, mor/
tuam & fractam uim uidemus. Quo quidem die,
quum is uictus eſset, qui pœnis & flammæ nobis
fuerat, cum lætitia & libertate homines totis uiribus
animi exultantes, non animarum cruciatus oppoſi/
tos, non uiſcera corporum uiolata, non diuinorum
& præſtantiſsimorũ patriarcharũ, atq; clariſsimorũ
prophetarum innumerabilem calamitatem : anti/
quiſsimorum atq; optimorum patrum ſanctiſsimas
animas non ſolum conſolatas, ac ornatas ampliſsi/
morum præmiorum infinitis dotibus, ſed circunda/
tas claritate diuina, maximeq; illuſtratas cognoui/
mus, nullam in hoc mundo eſse lætitiam ampliorẽ,
q̃ eam, quam hodierno die conſecuti, partim gloria
uitæ, partim ſempiterna ſalutis uoluptate, prope ad
ſuperos immortales accedimus. Gauiſi ſumus, nos
neq; horror, nec uis, nec furor, nec metus, nec mi/
næ, nec carcer, nec uincula, nec tormenta, nec ignis
æternus, ab altitudine diuitiarum, ab oblectamentis
populi Chriſtiani, a mercede locupletiſsima depel/
leret. Chriſtus redemptor ac deus noſtræ ſalutis,
lætitiæ, fortunæ, gloriæ, nominis, huius pietatis far/
raginem, huius memoriam teſtimonii, hoc inditium
charitatis, hoc lumen potentiæ ſuæ fore putauit, ſi

hominės ſibi, ſi ſuperis, ſi patri cœleſti, ſi æternitati
reddidiſset. Qui ut eſt mitis ac miſericors, nunq̃ ui/
ctoriam conniuebat ab omni ſupplitio crudelitatis,
aut ab uniuerſis inferis, ac nephario ſeruitio admi/
rabilem conſequi. Quum diabolica poteſtas iace/
ret, quum laus ampliſsima promulgaretur, ne quis
proficiſci ad cœlites uetaretur, ne quis exploderetur,
ne condemnaretur, ne uinculis teneretur, ne uiuen/
do perderetur: totam illam, ut ſæpenumero inſinu/
aui: ne dux amplius inferorum, aut poſſeſsionem,
aut ampliſsimā hæreditatē impediret, quam Chri/
ſtus optime de hominū genere meritus, q̃ primū, q̃
libere, q̃ fœliciter procul dubio, una cum ſenatu rei/
publicæ cœleſtis nobis eſt largitus, ut uero die tertia
ſurrexerit, quis dicat, quid fecerit prius, ſed quid om/
nino clementer, manſuete, iuſte, recte, moderate,
integre, ſapienter aliud fecit, niſi ut nobis conſerua/
tis ſuam contra dæmonas diuinitatem, potentiamq;
ſanxiſset. Pater altiſsime quantum nobis benefi/
tium dediſse hic tuus filius ſanctiſsimus uidetur, q̃d
hæc hodierno die fuit oppreſsa poteſtas diabolica:
quo quanto magis condemnati fuiſsemus, ſi hodi/
erno die non redemptio fuiſset: nec enim flammas
& faces Acherontis effugiſsemus, niſi illo fonte &
ſeminario triumphorum conſolati fuiſsemus. Hæc
a ſapientiſsima ſcriptura accepimus, hauſimus, ui/
dimus, atq; optima duce, & ſacratiſsimo euangelio,
non amplius crudeliſsimas beluas imperaſse, cru/
ciatus uero, nunq̃ præſenti illo hodierno die fuiſse.
Quare noſtram ſalutem ſemper fore firmiſsimam

florere putamus: dum uel omnes ab Acherontis
monſtris atq; prodigijs illis, abiuimus, exceſsimus,
euaſimus, erupimus: quod certe conſtat, ſi illud a
ſuperis, quod ante in mundo non fuerat, perenne
ac optatiſsimū hæreditare ſuſpicemur. Quod ſi læ/
titia hoc die laudatiſsima, ueriſsima omnium uolu/
ptatū, munerumq; magnitudine ornatiſsima eſset,
non ignoramus qua manſuetudine, qua uigilantia,
quo ornamento pro nobis fuerit conſeruandis bel/
laturus, quum in redimendis ducem fuiſse, auto/
remq; uideamus, ſed fuit Deus optimus maximus,
cuius uires ampliſsimæ, innumerabiles, infinitæ, in/
effabiles, ſapientia, uirtute, clementia naufragium
ipſum tartari, carcerē illius tormenti, magnitudinē
tanti furoris, nōne abolere, nōne frāgere, nōne cōſu
mere, potuerunt, ſed ut mortaliū defenſor, ac dator
ſalutis æternæ appellet̃: quū uictor is: quē hic mun
dus aſsentiente creatura, cunctiſq; gentibus conſer/
uatorem ſalutis iudicat: animas ipſas, nullo carcere,
nulla lege, nullo iuditio, cruciatu, atq; pœnis affice/
ret: non dicam tartareo furore: quod procul o pro/
cul abſit, ſed certo ſupplitio: tum mortalium fuiſse
conſeruatorem unuſquiſq; exiſtimabit. Qui igitur
ſiquidem unus opifex, qui rex, qui dominus domi/
nantium nuncupatur, unus luctum barathri, unus
orci fauces, unus canis inferni latratus, unus ſty/
gis mœrorem, unus pœnas Acherontis, unus Eu/
menidum mulctas excidit, deleuit, uaſtauit. Magnū
profecto gaudium eſt, magna fœlicitas, magna uo/
luptas, ſummus autem triumphus mortalium: non

capit ubertas ingenij, non exprimit facundia ista,
non copia dicendi, non elegantia uocum, tantam li/
bertatem, tam ueram, tam synceram: quorum nunq̃
beneficiorũ multitudo, ac memoria moriatur, quo/
rum tamẽ ueritas, neq; antiquos patres, neq; quenq̃
fefellit. Quis enim nullam nullius boni spem ha/
beret in eo? cuius primum offitium diuinitatis non
modo facie, sed oculo etiã misericordiæ palam esset
ad omnem bonitatem diuulgatum: qui ne in uno
quidem puncto temporis uoluisset hominum ca/
lamitosam captiuitatem detinere: qui quum suam
misericordiam, non minus insignem, q̃ frontis in/
uolutam fortitudine confecisset: calamitatem & tri/
stitiam sine ulla dubitatione propulsauit, atq; pro/
tulit: qui nisi lætitiæ domiciliũ patefecisset: neq; aut
uim Plutonis, aut manum, nec crudelitatis incendi/
um, nec carnifices tormentorũ noluisset conuellere:
qui in facto nisi ceruices tartari cum æterna poten/
tia subijcere uoluisset, profecto furias & manũ ma/
nu, & uim ui conatus esset ligare, ac maiore qui/
dem diuinitatis uigore, q̃ quod inter pugnam ne/
farius hostis, & uexator, ac tortor conspicatus est.
Quo inspectãte, ac tristante infernam domum con
ditor orbis euertit, ne diuinitati opponeretur, ne
seruire deo, aut superis, ne legi diuinæ obtemperari
negaret, ut æque nouum, ac uetus testamentũ for/
titer & constanter ualeret, quæ autores ecclesiæ cla/
rissima lumina sanctissimæ fidei contra ethnicos
furores esse scripserunt. Vnusq; postea, quum infe/
rorum multitudo innumerabilis ab orco, tota Chri/

sto se uicta subiecisset, quumq; laruæ immanissimæ
cunctiq; manes tartarei, se ad uictoris potentissimi
pedes uoluissent: qua iucunditate hodiernus dies
concinnatus, non solum salutem hominũ, uerum/
etiam patriæ cœlestis magnificentiã denuntiat: quo
exercitum regis tartarei uinculis, ac uerberibus, atq;
omni supplitio excruciatum Christus debellauit: ille
captiuitatem hominum stygiam sic sic amisit. Chri/
stus uitam ereptam nõ neglexit: ius Acherontis mo
mento fractum, ac consumptũ ille passus est: Chri/
stus regis tartarei socios omni supplitio mactatos,
catenatos fecit. Videte nobilissimi uiri, certe ut illi
teterrimum fuit, tantam nobis cœli gloriam largiri:
sic nobis saluberrimum sit: illud quod accepimus,
possidere & consequi omnino posse. Terram ue/
ro iam florigeram præstanti frugalitate altricem, &
necessitati nostræ pro fultura uitæ, pro auxilijs suis
amicissimã hodiernus dies aperire cum lætitia iussit:
& quum ubertate agrorum, & uarietate frugum, &
magnitudine pastionis, & multitudine earũ rerum,
quæ animantia alunt: facile omnibus modis iam
uastatum, tam exhaustum uiribus, tam consumptũ,
tam eneruatum orcum declaret: ille delitijs ornatus
est cum tota amœnitate, quem omnes radices, atq;
omnes stirpes, ac arbores: deniq; germina omnia,
tum uniuersa, tũ in singulis arboribus, omnes fron
des atq; flores attollunt alacritate incredibili, indi
cant squalorem nostrum, & luctum grauissimæ pœ
næ suppressum ita plaudunt, ut sapiẽtissimus quisq;
miretur, ut quo magis aperte nostram salutem aspi/

cerent, nihil emitterent, quod dies atq; noctes apertum esset cœlum, testarentur. Quum uero in humanis rebus non tam a frugibus gaudium in lucem, sed a floribus omnigenis natum prodiret: primum oblectaretur, qua hodiernus amœnitate dies florũ, opum, graminum, plenus. Quid? quod gloriam & uictoriam Christi cum tanto triumpho per iucundissimam lætitiam, & gratulationem excitat pratorum, uiriditate arborum frondibus, coalescentibus frugibus, campis herbescentibus, stirpe germinante & pullulante. Quid enim est illo aut amœnitate, aut uiriditate, aut plurimarum fœlicitate opum, aut frugalitate, aut ullo genere iucunditatis præstantius? nullius tanta est fertilitas arboris, nulla florẽdi, aut herbescendi tanta uenustas, tantaq; ubertas, quæ non dicam exornare, sed exaltare Iesu Christi uictoriam posfit: tamen id sibi uidentur uniuersa creata uehementissime approbare, quorum amplitudinẽ, maiestateq;, & pulchritudinẽ cernimus: ut quicquid in animantia pastus, graminis, corticis, stirpis, quicquid hoc uictu & amictu populi uniuersi, atq; hac humana prouidẽtia, quicquid auctoritate, ubertate, concinnitate producere arbitremur, id omne esse lætabundum non dubitemus: id profecto omne quibus laudibus, suũ opificẽ efferret, quibus frugibus propagaretur, qua celebritate amplecteretur: creatura mediusfidius sapientissimi uiri, ut in propatulo est, huius mundi maximas gratias pro summis beneficiis, & pro summa misericordia Christo agere atq; habere cõnititur, quod illud humanum genus liberatum est ab his tormentorum suorum, ab his crudelitatis squaloribus: quum eum non præter publicam expressamq; hilaritatem omnis res commendaret, seu agrorũ uoluptates, seu delectandi initia rei frumẽtariæ, seu pcreãdorum fœtuũ, seu frugalitas, quẽ pstẽtes ipsas uoluptates quũ lepidas, magnificas, lætasq; uideremus: etiam si agros steriles, & incultos existimaremus, tamen frugiferos ac fructuosos omnino inueniremus, cum hoc uictore & rege inuictissimo: nihil consideretur abesse, sine incrementis, sine oblectamentis, quum copiosissima in usura, copiosissimo in prouentu, copiosissimo in uictu comprobarentur: florigeros, uirides, iucundos, delectabiles, alteram paradisum in terris exortam aspiceremus: iidem q̃ laudabiles, q̃ frugiferi, q̃ opulenti, pleni plantis, pleni sarmentis, pleni uitibus, pleni radicibus, pleni propaginibus, quid honestius, quid syncerius, quid religiosius, quid cœptis omnibus dignius declarant? sed porro intermissis laudibus exultant. Quum uero ipsius terræ tota uis, atq; natura omnis memoriæ, atq; omnis salutis clarissimum lumen funditus ab imis corticum uiribus, ac seminibus laudaret, ostẽderet, & tanti futuris uictorem inferorũ sic perinde, atq; debeat cum florum, & frondis uarietate attollit. Nonne ita pœnitus illi uictoriæ, quæ est inexplicabilis, dedita, ut laudatrix plurimis modis redemptoris, habet aut aspectum lucemq; modo in istis hortis, qui dies totos, qui noctes omnes cum insitionibus, ac cum fœcunditate: seu fertilitate applaudunt: qui ad irrigati/

ones, ad repastinationes, ad fossiones pro resurre
ctione laudanda euigilant. Sed eos, qui iudicant ex
unius uictoria salutem pendere omnium: in omni
parte stirpium semper oportere nonnullum gaudi/
um delectationemq; capere. His plaudunt quasi
perfectis testimoniis flosculorũ suorum: hi Chri/
stianam resurrectionem uestigant atq; redolent: hi
sunt præcones laudatoresq; uictoriæ: iidem expri/
munt: atq; comprobant resurrectionẽ, uictoriamq;
dilatant, honestant, decorant, quantum diuino im/
mortaliq; honori tribuendum esse uideatur: horum
ille laudibus ornatus, ita hoc amplissimo triumpho
diuulgatur: ut omnia sua munera, omnia beneficia
patere posse arbitraretur, quum modo sempiternã
salutem in hoc genus hominum cõtulisset. Nonne
illæ solæ laudes sunt diuinæ, quæ undiq; patẽt; odor
in floribus, qui summa in Christo omnia esse con/
firmat, uiriditas in campis: cultura in agris, cantus
in auibus, partus in animalibus, nauigatio in mari:
quæ tanta sunt in hoc uno die paschatis: quanta in
omnibus reliquis temporibus aut possidemus, aut
habemus, non fuerunt: testis est terræ ubertas, quæ
hunc illa diem non suis lætissimis & innumerabili/
bus segetibus solũ, & pratis &, uineis, & arbustis,
sed rosariis etiam & pomariis, & uiolariis, tum pe/
corum pascuis, tum apum examinibus, aut herbarũ
publicis ornamentis extollit. Hæc enim laus unius
est propria Christi: quam est ante alios consecutus:
parem habet neminem: totum hoc semen naturæ,
quantumcunq; parit, quod certe maximum parit,

totum parit inq̃ in hanc quidem tantam seruatoris
laudem: ut nulla sicut triumphis gaudiisq; allatura
sit finẽ ætas, nihil ex isto spectaculo, uel potius dicã
isto triumpho, ista laude, nihil gloria, tanto splendo
re: nihil enim tantis uoluptatibus explicare haluci/
nor cum Christo conuenire solatia totius creaturæ.
Testis est nauigatio: quam nõ illa ipsa uis uentorũ,
non fluctus undarũ, non procellæ turbinis notatæ,
uestigiis in eam calamitatẽ adducunt: ut quum illa
non aut timoris, aut mortis similis erit: tranquillita/
tis unicuiq; integumento non ad occultanda tanta
beneficia uberius uti omnino liceret: ut salutis gau/
dium, ut uictoriæ laudem, ut Christi gloriam, ut re/
demptoris optime meriti clementiã ac misericordiã
singularem diuulgaret: his modis, his edictis,
et imperiis potentissimi regis hoc tantum periculũ,
tam uarium, tam formidolosum, tam late diuisum
atq; dispersum quis hoc tempore nõ euitaret? quo
ne se tutum putaret? quo die Asylum semper tran/
quillitatis esset: ista inq̃ ista uictoria est potentissi/
ma, quam collaudant uaria & diuersa genera pisci/
um omnium, quam prodigia pertimescunt, quam
ipsa profunditas semper magnificat, huic uniuersa
inseruiant, huic se ostentent oportet, quæ quidem,
quæ lõge atq; late uagatur, aut etiam quæ uult, effi/
ciat. Applaudit omnium uiuẽtium natura certe per
imperia, per prouincias, per nationes, per mare, per
oceanum, per flumina, per syluas, pugnam incredi/
bilem, admirabilem uictoriam, libertatem, salutem,
triumphum audiens & uidens diuinum. Sed nisi

hæc resurrectio admirabilior mirabilibus apertissi/
me circumferatur, famam quidem stabilem, ac no/
men non fugiat. Testis est partus animantiū, quem
multis undiq; cinctum lustris, non terrore frigoris,
sed teporis opportunitate quilibet lucus habet. Sed
quia iā omnis fracta hyems est uere, & extincta po/
tentia uictoris: restat, ut omnia unum uenerentur:
quæ habent aliquem partum non solum opportu/
nitatis, sed etiam fœlicitatis: quia nisi Christo trium/
phante, & ista resurrectione, quia quum plærumq;,
tum hodie uel maxime oblectantur: facta, læta esse
plane, abunde satisq; possunt: quare omnia Chri/
stum, quæ hanc resurrectionem esse profitentur, &
colunt, & adorant: ut uitæ, ut saluti nostræ subue/
nisset. Testes uero iam auium omnes cātilenæ, atq;
omnes linguæ, ac labia, deniq; concentus omnes, tū
uniuersi, tum in singulis uocibus omnes uersus,
atq; modulamina, quæ enim toto orbe terrarū auis,
aut tam idoneum non personat carmen, ut tristis
esset, aut erit tam abdita: ut taceret: quæ non incre/
dibili uoluptate afficitur, sed simillimum patri iudi/
cat? Itaq; o resurrectionē admirabilem, atq; omniū
laude, sermone, literis, monumētisq; decorandam,
quæ lingua? quis cantus auium, qui non eius lau/
des celebrat illas quidem non solum uocibus, sed
pene omnium instrumentorū studijs atq; organis,
neq; ulla unq̄ hora de illis laudibus cōticescit? Aues
solum Christum redemptorem nostrum, aues crea/
torem suum, hominū liberatorē clarissimis & san/
ctissimis testimonijs in cantilenis suis & ueneran/

tur & præcantur. Eædemq; aues Christi memoriā
concinunt, quantum nomen eius est, quantæ opes,
quantum in omni necessitate opitulamen, quanta
salus populi, quanta animarum, quanta electo/
rum, quis ignorat? eo crudeliores inferi, eo ma/
ligniores mundum torserant, quo Christus om/
nibus mitior est. Itaq; hanc dæmonum tam ua/
riam & inauditam ante hunc diem in scelere publi/
co impuritatem, impudentiā, audatiam, cupiditatē,
non approbant: Christi potentiam, uictoriam, tri/
umphū admirantes modulantur: quocirca propter
resurrectionem ita lætæ sunt, ut eas subire nulla du
bitatio potest, quarum omnis dulcedo uocis: & can
tandi sonus in antelucanis horis expromitur: in his
cātilenis quum a summis, a medijs, ab infimis, quū
deniq; ab uniuersis hic idem laudatur. Hæ uolu/
cres tam hilares, tam supplices, quæ nō solum ama/
re & uenerari, neq; cātare & psallere, sed etiam deū
adorare & spargere resurrectionem euigilant, quæ
ni uolant, ni uiuunt. Quid etiam de suauissimis &
lectissimis graminum odoribus dicam, aut quis de
tali uarietate florum satis digne unq̄ loquetur: qui
quum laude prosequerentur, clementissimū serua/
torem, aut inferoꝝ potius uindicē, quum lætitia uti
liceret: testimonio esse demonstrandū: si ipsa germi
na cortices exprimerent, ac prouocarent, mansuetu
dinem frugalitate, abundantiam sedulitate, beni/
gnitatem constantia, delitias delitijs, uictoriā uicto/
ria esse attollendam. Primo de triumpho plaudunt:
posteaq̄ ab eodem inditia expressa esse uolunt: ne

ille omni gloria carere posset, meditantur. Qui do/
muit, neq; pernitiem, neq; gemitus, neq; squalores,
neq; mœrores, neq; ploratus hominum, sine poten
tissimo uigore ac maximis opibus & uiribus ab in/
fernis tormentis absolui noluisse. Qui primus post
homines natos res secundas animantibus, huic hu
mano generi porrexit lætitiæ uoluptates: q̄d euan/
gelium pari mansuetudine, facilitate, fide magister
ueracissimus, pro pace, pro consolatione, pro cultu
charitatis, nullas nobis leuitates, nullam temeritatē:
nullam pestem, nullum uitæ crimen subeundum
unq̄ putauit. Qui doctrinam euangelij excitatam
contionibus industriæ sic sua sapientia mortalibus
cōmendauit: ut nihil tam populare, quā mutua cha
ritas: nihil tam omnibus exploratum in perpetuū,
q̄ uita æterna uideretur. Qui nobis decus omne,
quo superi fruuntur, dedit: tū reliqua bonitate iux/
ta, ac quum noster deus esset, sustentauit. Cuius
mortales comitate, lenitate, indulgētia, sublimitate,
diuinitate ita sunt certe subleuati: ut eorum salutis
non adiutor solum, uerumetiam deus iudicaretur.
Iam quoq; uentorū offitia studiaq; quid urbanita/
tis, quid uoluptatis habent: q̄ tepidus hoc die po/
tissimum Zephirus, q̄ studiosus seruitutis, q̄ non
turbulentus fuerit in præsentia. Quid Aquilo, quid
Auster: qui rarissimos hoc ipso die impetus gerunt.
Hi tam tranquillo atq; placabili uultu flandi exi/
stunt, qui hominū ipsi redemptori, conditoriq; suo,
sentiunt, quantum debeant, qui diuinorum altitudi
nem, copiamq; beneficiorum, quæ in nos, patresq;

nostros, liberosq; nostros, quadam diuina & inau/
dita authoritate, atq; uirtute Christus contulit: non
modo uenerari, aut dulcissimis sonis exprimere, sed
laudare, aut psallere contendunt, aut etiam studio,
amore, laudibus huic resurrectioni non desunt. Ho
die de Christo quæ facies cæli, quæ celebritas astro/
rum, quæ mobilitas lunæ, qui circulus orbium, qui
planeta, quæ magnitudo syderū, quæ pulchritudo
solis, quæ signorum cœlestium dignitas, quæ har/
monia sphærarum obmutescit, quibus seruator om
nibus nunc stellis sic laudatur, ut nemo magis, fir/
mamentum orbium nobilissimus atq; fortissimus
ordo, si quæ de resurrectione commemorare cona/
tus est: ea per uictoriā & triumphum perficere uo/
luisset. Quid maius hominum generi ab immortali
deo dari putatur, q̄ æterna cuiq; salus, meror exulat,
uoluptates redeunt, aditus ad cœlum patet. Nunq̄
elementorū constantissima & præstantissima offi/
tia, honore publico in Christum memoriam oblit/
terant: nos existimare possumus. Quum nunc aeris
clementia dæmonem esse conuictum marte poten/
tissimi bellatoris, iuditio superū, cultu sanctimoniæ,
oppressione inimicorum, libertate diuina, immor/
taliq; nostra uisa maxime lætatur, ornatissimi uiri:
hoc autem tempore mari terraq; mansuetus, utilita/
te sua, q̄ esset Christo chara nostra salus, declarat.
Omnia offitia aeris, ignis, terræ, & aquæ apertissi/
ma, & in lætitiam uoluptatis, & in colendum Chri/
stum incumbūt, quæ quū diuinis honoribus nullis
carerent. Nullum enim elementum propter excel/

lens in nos beneficium Christi immemor, & ingra/
tum creditur: nullam in Christum præcipue gloriã
celat: non est nostri seruatoris uictoria obliuiscẽda,
quam uniuersa creatura etiam si recordari non mul
tum necesse putaret, tamen obliuisci tantopere nol/
let: non alio transferenda aut rerum, aut hominum
tota memoria est: q̃ ut bene de nobis Christo meri/
rito gratiam referant, quum publicos hostes bello
uicisset, publicis peccatoribus ignouisset, sectatori/
bus suis planam indicasset uiam ueritatis sempiter/
næ, peccatores a desperatione ad spem reuocasset,
sordidatos pietate cõsolatus esset. Cur igitur publici
beneficij nulla alia memoria Christo debetur ab
omni creatura mundi: nisi ut erga ducem ipsum &
principem atq; autorem salutis nostræ satis grata
iudicaretur: tamen non exiguum cuiusq; uiuentis
nomen nõ modo ad celebrandam, uerumetiam ad
commemorandã laudem Christo pergratam insu
daret. Quando enim fruges huic seruatori, ac trium
phis eius: quando flores satis pondus simile, satisq;
magnum accedere cumulum posse curauerint, quæ
multitudo stellarum, quæ uis astrorum, quæ uicissi
tudo elementorum: tot tantisq; muneribus respon
debit, qui nobis solus Christus afflictis ac sedu/
ctis salutarẽ fidem, doctrinamq; porrexit: qui nos
a morte ad uitam, a tenebris ad lucem, ab inferis ad
cœlum reuocauit: quanto studio erga homines,
quanta ui contra mortem fuit, ut tertia die resurge
ret, quemadmodũ discipulis suis non modo prædi
ceret, sed etiam certiores faceret, quid diuinius, quid

salubrius duabus mulieribus accidere putauit, q̃ q̃d
ipso resurgente consolatas esse, ut ille ab omni tristi/
tia, quæ sepulchrum apertum uidissent, ad Christũ
properantem & festinantem suscipiendum & cre/
dendum uenirẽt, ut qua lætitia ab angelo sedente su
per lapidem deuolutũ mulieres usæ essent pro ma/
xima ueritate ad eos, qui eius resurrectionem exau/
dire optarent, eadem resurrectiõe discipulos omni/
bus uiribus atq; modis, cunctos obuiam uenientes,
totamq; Iudeam ad unius lætitiam incredibilem ex/
citarẽt. Quid Christus gloriosius his duabus muli/
erculis, quid magnificentius ostendere potuit, q̃ hoc
sepulchrum patuisse: quum iam de cœlo angelus
aut descendisset, aut uenisset: lapidem illum ab ho/
stio abstulit, nihil aliud Christus in sanctissimo se/
pulchro, præter sanctissimi corporis lintea & tot &
tam præclara testimonia reliquit: uictoriæ ornamẽ/
ta, decora diuinitatis robora atq; monumenta me/
moriæ in tumuli tegumẽto ac reliquijs publicantur,
eas uidelicet mulieres dignum est corpore & anima
gratulari, quæ resurrectionem occulere noluerunt:
eas in propatulum ueritatis uenire, quæ rumoribus
Christũ annuntiare lætissimo animo meditarẽtur,
quum dulcis est fama consequi lætitiam, nolunt ta/
cere audita, negare Christum, Christum dico immo
uero fidem, spem, charitatem, salutem, fœlicitatem,
gaudium, ipsam deniq; uitam & claritatem: promul
gant de signis sepulchri, promulgant ab angelo,
promulgant a resurrectiõe: accedunt ad discipulos
magno gaudio bonorum: liceat manifestare quum

certe illum Christum redemptorem populi, defen-
sorem omnium, patrem filiorum Euæ: at certe resur
rectionem Christi liceat in conspectu hominum in
hoc orbe terrarum, quam ex angeli uoce audierunt,
declarare, quas quidem mulieres discipuli illi homi-
nes solertissimi atq; humanissimi attente audiunt:
ijs denuntiant, quos Christo & debere & uelle in-
telligunt gratulari: rumore enim audito ex custodi-
bus sepluchri, quum ad promulgandam ueritatem,
Iudei tam fuerint contumaces: datis pecunijs illos
rogant ad publicandam resurrectionem esse tacitu
ros: ne Christi potentiam ac gloriam laude atq; ho
noribus amplificare debeant, eius diuinitatẽ & ma-
iestatem obticendam existiment, et enim dicent: si
quis eos interrogarit: Christum idcirco a discipulis
furatum esse, ne quis credat, quod surrexerit a mor
te, quod liberarit populum, quod ad dexterã patris
sederit: ne igitur tantum eius autoritas, tantum exi-
mia apud homines fama circumuolaret: ut omnes
tacerent: si quis non audiret: idemq; uictor, quum
illam incredibilem multitudinem Iherusalem, & pe
ne Iudæam ipsam ueritatẽ edocuisset, homines fre-
quentissimos ad uerbum dei admonuisset: quo tem
pore quanta miracula rerum summa sapientia age-
ret, aut uera diuinitas, intelligere potuerunt. Nam
Christus & seruator & liberator hominũ, perspecta
apostolica præsentia omnia publica gaudia com-
monstrauit: quibus discipulis uictor, cum clarissi-
mus, tum uero potentissimus, mortalibusq; ami-
cissimus, & autoritatis & diuinitatis suæ tam pecu-

liari mansuetudine hoc dubium & incredulitatem,
cordisq; duritiam exprobrauit, ut crederet in illum,
quod a morte resurrexisset, quod antiquos ab infe
ris patres calamitate septos liberasset, quod omnes
innocentes charissimos clientes pene ex Acheronte
eduxisset, in quo regem illum Plutonem uicisset:
cuius quondam in facultate genus hominum cru-
delissimis tormentis luctuosum semper fuisse. Itaq;
extitit non modo animarum tortor, qui ante hanc
unam uictoriã fuerat oppressor, uerumetiã prædo
salutis nostræ, quo quidem die quum Christus om
nem potestatem sibi esse dixisset, discipuliq; omnes
adessent, dissensit nullus: qui sua mẽte fidem etiam
ex totis uiribus confirmãdam noluerat: atq; illo die,
quo euangelium discipulis suis prædicandum san
ctissimis fructibus, & plurimis cõstituisset: idemq;
seruator curauit, ut idem a discipulis sapientiæ in
contione uniuerso populo diceretur: quum quidem
ipsi agunt ornatissime mandatum diuinum: perfi
ciuntq; & omni astante & audiente populo, ut uni-
uersos, fidem uirtutis cum summa lætitia ad uitam
æternam docerent, eosdemq; uitiorum insania indi
gnissime inquinatos erudiũt ad lauacrũ baptisma-
tis, quos unius patris, unius filij, unius spiritus san
cti non modo illa benedictione, aut nomine intin-
gunt, sed etiam efficiunt, ut honestissime integerri-
meq; uiderentur omnibus moribus, ac uirtutibus,
dies noctesq; Christum emulari, ut euangelicæ le-
gis susceptam dulcedinem operibus inclusam con
tinerent: nolint ijs uelle carere: quæ perfectissimã

fidem sibi esse ducunt. Est enim fidei offitium tot tantisq; exemplis Christum profiteri, ut amplissimũ præmium capere possit, fidei conducit in uita debitum opus exhibere, hæc enim beatitatis spes summa corroboratur, illa charitas collaudatur. Itaq; quum omnibus ferenda Christi crux esse debet in fide confirmatis, ut eius acceptissimum seruitutis iugum factis exprimerent, qui ab humano genere iugum acerbissimum repulit diabolicæ potestatis, & si apostoli euangelij buccinatores eos homines, qui diabolici turpitudine suasus excitarẽt furorem, amplissimo fructu fidei exhibito, non solum fide stabiles sanxerunt, sed etiã omnia Christi præcepta docuerunt, tum illi eos discipulos, qui non modo fidei in Christum fortitudine, sed etiam ob suas eximias uirtutes, dæmonia hominum Christi autoritate eijciunt, existimant sibi sectandos in fide, si quæ fides singulis operibus, palamq; floret, ea solet ijs esse salutaris, qui re ac factis sint Christiani: tuto & merito apostoli nos ad fidẽ sempiternæ salutis adhortarẽtur: quos Christus unus uniuersos redemit. Nam hoc hodierno die præsertim fas est laudare unũ: quẽ populus sibi honestissime laudatissimeq; colendum arbitratur, nõ modo ad nostram, uerũ etiam ad omnium ætatum memoriam, hoc quidem die non triumphat rex uanitatis, uirtutis rex triumphat, non tantum laudatur, q mortem uicerit, sed quod deus perniciosum Plutonis oppresserit furorem: hoc ipso die quis homo est, qui fas esse negaret, quacunq; aut ætate aut natione esset: non cuiq; prodesse magnificam & præclaram, sed uerissime iustissimeq; adeptam uictoriam: quando tantam frequentiam in uoluptate, tantam lætitiam humani generis totius, ordinumq; omnium, quando illa solennitate, tot musici, tot laudatores, buccinatoresq; resonant. Itaq; Christi gloriosa resurrectione, atq; diuina non solum sunt mortales uocati in patriam cœlestem: sicut optimus quisq; non dubitat, sed supremo die corpore & anima suscepti. Potest homo satis Christum nunq̃ laudare, qui non solum apud superos, qui idem sentiunt, sed etiam apud uniuersam potestatem angelicam, salutem gloriæ & conseruatam per Christum & coniunctam esse cum claritate diuina nouerit, qui hanc resurrectionem cantilenis commendarit, mœstitiam exploserit, exsibilarit, exterminarit, eodemq; die calamitatem hilaritate sua compresserit, animum lætum sumpserit: qui seruatorem Christum pro se tanq̃ pro fratre, aut pro peccatore non solum mortuum fuisse, uerumetiam resurrexisse & ueneratur & decantat, qui quum homines eripuit e faucibus Plutonis, pericula omniũ, pœnam innocentum, uniuersam abolere tristitiam mortalium elaborauit, quos ex hac inferorum flamma euolare uoluit: præsertim qui illud tartareum incendium nefarij Ditis acerbissima passione non minus, q̃ nobilissimo sanguine extingui maluit, illo die seruator diuorum claritas uim & crudelitatem Acherontis uictoria clarissimorum testimoniorum & publicis uiribus oppressit, qui nostris animabus gaudia infinita præbuit, quum potestatem extinxit

inferorum, hominesq; stygis ab incendio ac flam/
mis liberos fecit, patresq; nostros a lachrymis & tor
mentis Acherontis ad lætitiam, ad pacem, ad lucem
æternam mitis ac misericors eduxit, quibus autem
modis, quibus beneficijs, quibus laudibus Iesu Chri
sti resurrectionem remunerabimus: cuius omnis
origo, labor, cogitatio, totus deniq; animus: nihil
aliud fuit, nisi uera, sublimis, diuina, constans, per/
petua, fortis ac inuicta hominum redemptio. Quid
de passione disputemus, quæ suam erga nos chari/
tatem, & constantiam non modo animi dolore, ue/
rumetiam corporis uulneribus, & sanguinis flumi/
ne ostendit: hæc uero integerrimi uiri singula bene/
ficia colamus, & agamus gratias uniuersis. Cola/
mus quouis die, quantum possumus, supra q̄ exco/
gitari potest, colere omnibus modis debeamus. Et
quanquam sunt in nos & unius plurima & maxi/
ma merita, quæ taceri nullo modo debent, tamen
huius libertatis, ac resurrectionis non est obliuisci
commemorare beneficia in nos unius. Nam præci/
puum est nō aliquod meritū, sed fas unumquodq;
recordari, Christus populum uniuersum sacratissi/
me antistes, uosq; prudentissimi Canonici in deo/
rum numero collocare non recusauit, non abnuit,
liberauit enim nos, liberauit patres nostros, libera/
uit captiuitatem calamitatemq; nostram, beneficia
deniq; mansuetudinis eius atq; altitudinis diuitiarū
diuinitatis, ueritatis plurimorum meritoꝝ atq; opti/
morum nota sunt nobis, sic ut in redemptore de no
bis diuinitus merito omnis erit ætas nobis ad eius

in nos merita prædicanda, atq; commemoranda.
Hodierno autem die potissimum a populo uictori
uidemus maximas gratias esse agendas, & maiores
etiam habendas uni, qui pro salute nostra munici/
pia, coloniasq; tartareas adijsset, populum inuictissi
mus liberasset, cœlum patefecisset id: de quo descen
disset, nobis domiciliū patris dedisset: Christus nos
fœlices, nos beatos semper putauit, nulla morantes
mutatione uitæ & prope constanti fortiq; plausu fi
eri uoluit: sic hoc uerissimum credatur: quod non
cessit pro omnibus unus tartareo furori, quod mor
tem pro cunctis subire non abhorruit. Nam quod
nihil nobis fuit certius, q̄ patria, quam domus, q̄ dij
cœlestes uno illo resurgente: si recte, si iuste, si cum
clementia fecit: laudant mortales eius trophea, lau
dat pietas, laudat lætitia: ualet diuina clementia illa,
quæ dæmonas ligauit. Vos enim uidete quæso or/
natissimi uiri uictoriam seruatoris Christi, quam
alij admirantur, alij recitant, alij cantant: ea numero
deorū & cōsecratū & coniunctū & conciliatū hoc
genus mortale ab omni periculo cōstituit: & nos ut
tutam tranquillamq; uitam possideremus, sua perfe
cit misericordia. Quæ igitur non fuerunt in illo pro/
pugnatore salutis nostræ & defensore assiduo tāta
beneficia, beneficia dico, nescio an melius clementiā
liceat dicere: quotus enim istud quisq; sibi explora/
tissimum sic persuadeat: ut ab impio incendio ignis
eripiatur: essetq; etiam quum immortalitate proui/
sus: quod Ditis furibundum tartarū uictor a nostris
repulit mœroribus, quē in suscepto prælio, pugnaq;

commiſſa, nulla rabies, nulla uis, nullum periculũ, potuit ſuperare. O diuinitas, o fortitudo, o diuoꝝ & hominũ charitas, o patris cœleſtis ſola ſapientia, cuius ſaluberrimã uictoriã ac neceſſariã iucundiſsi/mis cantilenis angelicæ cohortes celebrãt, ut quẽ/admodũ dominatu Plutonis, dæmonũ malitia, ſæ/uitas, oppreſsio, peſtis, furor, animarũ tormẽta, cru ciatus, ſqualor mœror, ploratus, luctus, ſtridor den tium fuiſſet, ſic hodierno illo die cõmertia angeloꝝ, ſupplementũ electorũ, aditus cœli, ſpes ocij, trãquil litas uitæ, uoluptas, fœlicitas, domicilia claritatis, læ ticiæ magnitudo cũ tanta uictoria ſimul patefacta uideantur. O ueritas, o æternitas, o lux ſalutẽ ſua re ſurrectione, triumpho, maieſtate aduerſus pœnam ſempiternã, uniuerſo populo præſtare uoluit, præ/ſtat, promittit, ſpondet. Quare quũ uideremus infe ros uinculis catenatos, tartarũ a ſeruatore partim debilitatum, partim oppugnatum, partim extinctũ dæmonas non ſine autoritate, ſine robore, ſine for/titudine præſertim eſſe compreſſos, copias omneis Plutonis pene ijſdem uinculis ad perpetuitatẽ man ſionis & ſupplitioꝝ eſſe iudicatas, hoſtes infernos proſcriptionis, uaſtitatis, cruciatus, ploratu eſſe de/uinctos, uoluit præcellentiſsimi uiri, uniuerſis cœli/colis, optatiſsimis ſodalibus, nos ſumma uirtute & pietate copulare: nec nobis ille ipſe propugnator idem noſter ad bellũ maximũ, formidoloſiſsimũq; pro ſalute non incognitus defuit. Dæmon procella uitæ, turbo ac tempeſtas ſalutis, atq; pacis, quod in naufragio ſtatus tenebris offuſis, demerſo populo,

euerſo atq; eiecto habitu ueritatis, nihil uictus obti/nuerit, nihil funditus ſuſtulerit, ac deleuerit: qui dæ/monum furor in tanto ardore illo, ac flamma pœ/narum, flagitiorumq; homines non uexat, uiolat, pturbat, ut ij: q̃ trãquillitatẽ uitæ in mundo ab alijs tuti, ab alijs non impediti, ab alijs liberi adepti ſunt, ſalui fiunt. Eſt libertas ad cœlum, quo claritudinẽ patris ſummi æterniq; in ampliſſimis delitijs ad gaudia poſcendis iure ac merito aſpicere poſsimus. O clementiam admirabilem: quum illum peſtiferꝝ & atrocẽ hoſtem Chriſtus ſalus, ueritas, uia, & de/us noſtræ uitæ, fortunæ, conſolationis, uoluptatis, ſimulac in ſempiterno dolore mactare ſtatuiſſet. Sed quum uellet nos non ſecus, q̃ ipſam rem/publ ca n ſupernam poſt hanc uitam poſſeſſuros: neq; Chriſtus illa præparata nobis uacandũ puta/uit: & illa non prætermittit conſolari, ornari, exhila rari, exaltari, triſtitiam explodi, lætitiam captari, non licere orco furenti ceruices eſſe præbendas. Quum enim Chriſtus nos pariter ſecum ab inferis repor/tauit, ſecum ſupplices, ſecum manſuetos, ſecum pa/cificos, ſecum miſericordes, ſecum delicta lugentes, ſecum iuſtitiam, & eſurientes & ſitientes, ſecum etiam fidelitatis ſeruos, ſecum duces ſanctitatis, imi/tatores ſynceritatis, cultores ſanctiſsimarũ religio/num, ſecum diuinæ legis cuſtodes omnes in cœlum extulit, quæ ſi ſemper adeſſent, magis ac magis no/ſtram uitam ornaremus, q̃ dehoneſtaremus. Itaq; de maximis homines periculis liberaret, reſiſteret diabolico furori, ignoſceret culpæ primi parentis,

ſubueniret tormentis, miſereretur calamitati, nollet
eos miſeros a ſe abſterrere & excludere, quos in ſuã
faciem, imaginem, ſimilitudinem nutu creauit diui/
no. Sed a quolibet mœtu abalienauit, electos agno
uit, cœlites fecit: cuius rei aſpectus certiſsimus teſtis
eſt hic idem, qui ueritatis candor dicitur, uel miſeri/
cors ut deus, uel potens ut uictor, uel unus, ut is,
qui omnibus ſalutaribus ornamentis, cõmodiſq; ap
poſitis totam ſuam uictoriam in populo ſuſtentan
do, & conſeruãdo collocauit: quis eſt, qui noſtram
libertatem propagatam, & pene patefactam in hac
una conditione humana dubitat, timet, hæſitat: qui
hoc non laudat uehementiſſimeq; comprobat: ne
quiduis prius ſalutare fuiſſe: q̃ ut hic ſeruator tam
multos & magnos dolores, lachrimaſq; propulſa/
ret. Quondam igitur omnia lamenta nobiſcum fu/
erunt, præſentia ab hijs liberati ſumus: hic eſt enim
plauſus ornatiſsime pontifex, hæc gratulatio in cha
ritate, in fide, in ſpe, in mente, in excubijs atq; cuſto
dijs animarum: quæ quum illi plurimum debeant
qui quum uictoria id feciſſet, eſſet eorũ miſericors,
quos ille ſaluos eſſe uoluit, ſed nihil eſt quod ani/
mas noſtras aut angere aut cruciare poſsit, quarum
ipſam lætitiam non modo nullius impedimenti,
ſed etiam ampliſsimorum in populum beneficiorũ
teſtem eſſe uideamus: nõne Chriſtum propter man
ſuetudinem populus optimum, propter miſericor/
diam maximum appellat, inuocat, obſecrat, ut ſcri/
ptum legimus. Quis memoria non tenet: qualis
ſemper Chriſtus ſeruator mãſuetus fuerit erga nos,

& calamitatem noſtram. Sed non dubium eſt, hoc
intellexiſſe, habemus etiam Chriſtum, qui obliuiſci
nihil ſolet, niſi peccata: quoniam hic eſt miſericor/
diæ ſcopus, quoniam hoc elogium etiam diuinita/
tis, hæc illum plurima, periculoſiſsima, maxima, di/
es ac noctes, maleficia, errata, delicta, mortalibus
miſerentem, aut etiam huius mundi fragilitatem
dolentem obliuiſci nemo dubitat, nemo contendit.
Hic igitur uerus liberator, qui in homines pietate
pater, ueritate ſeruator, amore ut eſt deus inuentus
aſsiduitate & manſuetudine & prouidẽtia, aut præ/
ſidia ſui nominis diſpertiri, aut ſuorum beneficio/
rum adiumenta conferere non neglexit. Hic igitur
Chriſtus tum neq; is, cui licuit, neq; id, quod fas
fuit, recuſauit: niſi ut nobis ſanctorum acceptiſsi/
mum illud contubernium, ac propinquitatem di/
uorum: nobis cœlum & immortalitatis maximam
gloriam, cuius nos participes, atq; autores eſſemus:
nobis omnes ſocietates, omnes ordines, omnes con
ſortes regni cœleſtis: qui aut re, aut factis deniq;
ſunt ſalui: omnes tum propter noſtram uolupta/
tem, aut propter fœlicitatem, & conſolationem ſu/
peros optimos, & nobiliſſimos, non modo uicinos,
uerumetiam ſocios annuiſſet. Deniq; fortiſsimus
deus, qui hanc uitam, atq; hoc imperium immorta
litatis communicat: ut eſſet omnibus nationibus,
poſteritatiq; perſpicuum, diuino mortales numine
eſſe ab Acheronte per Chriſtum liberatos: fecit igi/
tur, quod de Meſsia ſapientiſsimo, clementiſsimo,
omnis miſericordiæ & fonte & latice uberrimo ſcri/

pserunt: primum in cruce, deinde idem in resurre/ctione, nunc demum ad istam sedem peruenit, quã nobilissimam, sanctissimam, altissimam, refertissi/mam claritatis, uirtute, consilio, nutu cœlestis pa/tris singulari ad dexteram & prope diuino obtinere uetustas codicum, ueritas litterarum, figurarumq; testaretur: ad istam ne inq̃ sedem non tam in mu nificentia, & in præmijs, q̃ in gratulationibus & gaudijs ornatiorem & locupletiorem nos euehit sin gulis horis, nos adornat, nos eius clientes non in/uiti inuitant, nos deniq; homines ad omnes delitias desideratos, accersitos, electos concelebrandæ læ titiæ causa efferunt, attollunt, adducunt. Cur igitur hodiernus hic dies Christo gloriosissimus, populo Christiano saluberrimus & iucundissimus est, & dicitur, noli præcor, ac quæso obliuisci sapientissime Pontifex ac integerrimi Canonici magnificam illi uictoriæ laudem q̃ sanctissime propagari: nihil enim est tam salutare, q̃ deum assiduo cantu, assidu is psalmis & hymnis in cœlum efferre, hæc profe cto tanta est lætitia: ut omnis ecclesiæ dignitas, om nium ordinũ sanctitas, religio, supplicatio, desideri um, pudicitia, cæremoniæ, psalmi, uoces, cantilenæ Christianæ resurrectioni, diuinæq; uictoriæ paratæ, dedicatæq; esse uideantur, quæ laus de maximis & innumerabilibus miraculis maior, quæ gratior, quæ iucundior hac est ipsa resurrectione, nulla enim re quisq̃ ad cœlum citius commigrat, q̃ resurrectionẽ publicitus laudando: tum nihil uerius Christiana resurrectio significat; q̃ quod nos homines & die

supremo ad diuorum immortalium sodalitatem, & ad summam lætitiam resurgere indicat. Vt am/plissimi & clarissimi ciues cœlestem rempubli/cam possidendo, coheredes claritatem semper in/tuendo, frequentissimam uoluptatem percipere/mus. Vos enim ubicunq; eritis, hoc cogitabitis, hæc semper cura uestra erit, ut beneficij uobis dati apud uos nunq̃ memoria, ac fama taceatur: non solum dum hodiernus aderit dies: sed etiam dum corpore & spiritu uitam continebitis: quare quum Christum cuius nutu, ac ditione non mo/do uniuersa, sed etiam singula gubernantur, to/ta natura intuetur, uniuersus populus desiderat, ecclesia implorat, cuncta creatura pene suis præ/conijs adorat. Sic palam est uigilantissime Pon/tifex, atq; uos celeberrimi Canonici: ut quum ea sint mortalibus concessa, quæ in facultate diabo lica potissimum fuerunt: ea & proprie & uere possideamus, quæ Christus no/bis elargiri non dedignatus erat, præsertim quum ille dies glo riosissimus aderit, lau dem & gloriam nequaq̃ sile/bimus.

F

DE OPERIBVS

IVSTORVM AD MAGNIFICVM dominum Petrum Kmyta a Wiśnicze, Castellanum Sandomirieñ. Premislieñ. Coleñ. & Scepusieñ. Capitaneum, ac Regni Poloniæ supremum Marsalcum, Carmen Heroicum per Valentinum Polidamum.

SIc iusti plaudunt, æternaq; præmia poscunt:
Et tandem æthereo carpunt solatia cœtu:
Aduertunt animum superis, probitatis in arcem
Scandūt: hic ueri nitor, hic moderator honesti.
Fruges hic ager, hic campus plantare solebat:
Præstant uirtutis fructus, & lumina monstrāt:
At deus omnipotēs pretiū, quo magnus olympus
Gaudet, dat, uel quod poscunt mortalia uota:
Dijs æquat famulos, & miti cernitur ore,
Quanta uiret uirtus iusti, quantosq; labores
Sudor agit, surgunt infixæ corpore uires.
Vitaq; non subita tingit præcordia peste,
Quisq; uidet, quid agat, quid tota mente sequatur,
Et glaciem rumpit, uel cæcam pectoris umbrā,
Cum sic æthereum laudat bene sana tonantem
Dux cœli, cui suadēt, hæc sacra dogmata Christi
Seu tractare decus, seu clare incumbere luci,
Dicitur hæc legum uia, quæ est dux sola laboris:
Quam sibi uult famulā, quā casto pectore & actis
Iustus fert, sic recta fides, genus esse beatum,

Virtutes claras amor indicat, at quibus ille
Cultibus efflorens, quo iustus lumine lucet:
Si cui nunc animo uirtus bonitasq; sederet,
Qui sibi me magno uellet coniungere callo,
Postq̄ summus amor promptum pietate notauit,
Si non doctrina fidei, fructuq; careret,
Huic uni fas est nostris incumbere normis,
Conatur fidei fructus expromere sacros.
Palmam perpetuam poscit, cœliq; coronam,
Nec cupit affectus turpes, animumq; superbū.
Extirpat iustus ueteris cunabula sordis:
Ille humilis supplexq; animo cum corpore toto
Ceruices erebi tumidas, Ditisq; profundi
Respuit, aut rabidos mores, uitamq; Gygantū.
Ille suam, cui recta fauent, quem poscit Apollo:
Militiam, & uirtutis opus graue prætulit, ille
Ignarus scelerum cunctorum, artisq; malignæ
Sic ait: ut tenor est uitæ sine labe perenni,
O cunctis hæc uita magis dilecta tonanti,
Quæ nisi perpetuo gaudet seruire pudori,
Nec furias Bacchi: Veneris nec basia norit,
Hos superos, & claros optat adire penates.
Semper mitis adest, nulla sordescere fraude,
Nō fouet Arpyias, nō præstat Gorgonas orbis,
Raptoresq; alios, quos tam crudelis Erinnys
Semper alit: dictis ne etiā pugnabit honestis,
Cui par nemo, quem totus mirabitur orbis,
Hinc pietas oris, decus haud narrabile surgit,
Et sacra relligio nitet, aut sublimis honestas,
Hinc probitas, hinc iusticiæ insuperabile culmē

Quid dotes animi, quid dicam insignia tanta:
His iustus ducibus coelum metabitur altum.
Ille uiam fert ad superos, summumq; tonantem:
Quam sedem colit hanc iustus: quæ regna beata
Cœlesti plausu: genus hoc uirtute sequente,
Cœlica se quantis attollunt gaudia donis.
Iustus amat superos, seruat mandata tonantis,
Conciliatq; deum, ac toto uulgatus olympo.
Huic homini mala mens, nunq̃ & furiosa cupido
Imperat, aut odium, tum non turpissima labes.
His factis animum fraterno incendit amore,
Dicitur is fidei iustissimus auctor &, unus,
Qui foret in terris, & seruantissimus omnis
Virtutis, tangit qui celsa acumina ueri,
Tot pandit cultus, uigilat tot adire nitores,
Cui nitidi mores, cui uel sublimis ubiq;
Candor, ubiq; decus, uel plurima lucis imago,
Innumeras curas simul & laudabile pectus
Impellit seruire deo, cui dogmata nota
Ante omnes uni, cui uita uberrima curæ:
Ipsa ferens uultu lucem pulcherrima uirtus
Humani generis media inter robora fundit.
Ante omnes, cuius petit aurea sydera splendor.
Ad se se, & miti mortales corde uocabit.
Accedunt læti, quibus atria tota patescunt.
O quantum offitium iusti: quid uota beatum,
Quid monumẽta negãt: ꝓbitas est flãma medullis
Ardens, egregias uersat sub pectore dotes.
Dicitur ob fruges iustus, totaq; uagatur
Laude uigens: qualem diuini dogmatis arbor

Vult: quæ fœcundos parit inter robora fœtus:
Hæc ornans syluis, hæc gignit pignora chara
Florens, illa serit uites ramosq; benignos,
Quæ pietatis opes, quæ nobile semen adornat.
Quis pius hanc modo non diuinis legibus auget:
Erumnis uigilat fratrum succurrere diris,
Auxilioq; leuare homines, ac pellere fluctus.
Plantat idem nemus in ramis & germine frugum.
Diuinosq; iterum clemens expromere fœtus
Exposcit, suadetq; iterum purissima facta.
Quum iusti sic hoc lumen mirabile dictu
Membra fouent, sumuntq; carentia uiscera sorde.
Monstrat iter rectum iustus, maculisq; relictis
O miserum frater fratrem tot dotibus ornat,
Aut gremio quemuis probitatis imagine captus
Nutrit, & offitium fratris prodire laborat.
Sic sacræ assurgunt leges, sic iussa tonantis
Apparent, mores ue, aut hoc uestigia signo
Sancta patent, sileat res, res aduersa, sitisq;
Dira inopũ, aut malesuada fames, aut tristis egestas
Quos simul, ac tali conatur peste leuari.
Illius studium est sacro parere lupato.
Talibus aggreditur fratrem clementia factis
Illa Iouis summi sacro parere laborat
Imperio, & primum legum sacraria tractat,
Hæc deus omnipotens dixit placidissima uerba.
Accipite hoc precium, uosq; hoc exoluite mundo
Electi uos, qui mea quum pia iussa tenetis
Viuite pace, & sint uobis cœlestia dona,
Vos nunc magna poli merces solabitur omnes,

Stelliferum cœlum statui, sacra mœnia struxi,
Electis posui nostris sublimia tecta.
Hic omnis superum uita probitatis amator,
Hic & delitijs, hic maiestate fruatur

DE VICTORIA

EX VALACHIS PARTA CLARISSIMI domini Ioannis Comitis Tarnouiensis, Palatini terrarum Russiæ, ac summi exercituum regni Poloniæ Imperatoris, Elegia per Polidamum condita.

MArtia progenies, cui claræ styrpis origo
Nomen in æterna nobilitate fouet.
Fama uolans uarias quum iam peruenit ad oras,
Te duce iam uictos rure iacere Getas.
Hostes quum Geticos procerum clarissime uincis,
Tam bene Sarmatiæ consulis ipse tuæ.
Tu uigil, & uigil es populis effundere pacem.
Pro patria miles diceris esse pius.
Pro patria uigilas uario certamine sollers.
Ne fuerit uictus Sarmata gente potens.
Quis dubitat? res est patriæ succurrere summa,
Et tantum deceat, quantus es ipse, ducem
Egregiam decet hoc styrpem, quæ maxima floret.
Factis esse potest nunc tamen æqua tuis.
Auditur nunq̃ maiori fama triumpho,
Quam patria sæuos non sinis esse Getas.

Hoc Mars iste tui facti monstrauerat, ille
Sunt ueræ, & priscæ nobilitatis opes.
Das pia dona quidem, sed non indebita pacis,
Palma potest dici, fama perennis erit.
Estq; tui generis Mauors clarissimus autor,
Sic is, quem uelles, iam tuus extat honor.
Nam quid eris, quum tam celebri dicaris honore
Miles, quum uitæ fama sit illa tuæ.
Pacificasq; suas populus si sentiat oras
Gloria pro meritis sic uolet ampla tuis.
O decus hæc tua sit belli ars, & uera uoluptas,
Arte iacent hostes, arteq; palma datur.
Quid uis, Mars suadet, Martis tibi gratia prosit,
Mars ex hoste dedit clara trophæa tibi.
Hostes uicisti, feritas & nulla patebit,
At patriæ tutor diceris esse prior.
Talia quisq; petit fieri præconia, qualis
Gentis Sarmaticæ fama decusq; uolat.
Aut tu conaris Geticos mactare furores,
Aut uis captiuos in tua uincla pedes.
Mauortis tormenta capis, compescis & hostem,
Hostis Sarmatico contegis ossa solo.
Signa tuis præstas hostilia ducta triumphis
Ad templum, nomen res parit ista tuum:
Nec minor est patriæ, q̃ spes ni certa labantis:
Illa potens armis, gentibus illa potens.
Sic minus hostis habet laudis, sic nominis ampli,
Quam tu, sic armis anteferendus eris.
Te duce qui iacuit, iacuit Dacusq;, Geteq;.
Nec Scitha, nec Thrax te miles ad arma uocat.

Perfida gens cogit rabidum consurgere bellum,
Comprimis atroces uictor in hoste manus.
His diues gaudet, gaudet uictricibus armis
Pauper, seu uires, mœstaue membra nouat.
Necnon Sarmaticis exultant otia campis,
Non Martis Getici seua cupido fremit.
Nec uirtute cares, mitissima pectora nutris:
Sunt animi dotes, ingenijq; uigor.
Nunq̃ Romano cedis grauitate Catoni,
Quæ uitæ offitium præstitit omne tibi.
Hæc tua te probitas laudat, pietasq; perennis,
Hæc duo pauperibus, diuitibusq; placent.
Hæc tua tam iustas tractat facundia causas,
Omnia ueridico conspicis ore tuo.
Ne mora tarda tibi sit relligione, laboras,
Placantur superi, quum pia sacra uident.
Artibus ingenij parta est uictoria multis,
Fœlix es Martis dotibus ipse tuis.
Vnus habes animi pulcherrima munera miles,
Et tua te tellus gaudeat esse suum.
Tu qui sydereas deposcis scandere sedes
Per uirtutis opus, nulla nisi ista uia est.
Nil nisi tu longa procerum dignissime uita
Promptus in omne bonũ pectora ducis opus.
Clare comes, comes o generosa propago, supremos
Post cineres ueniet gloria magna tuos.
Pacis præbueras placidissima tempora miles,
Hoc memori nomen pectore gentis erit.
Hæc tua perpetuis mandantur nomina scriptis.
Hoc sit ab æterna posteritate decus.

AD REVEREN-
DISSIMVM DOMINVM IOANNEM
ex ducibus Lithwaniæ Episcopum
Vilnensem.

QVantũ iã superos Præsul, Christũq; sequaris,
Cuius & esse uelis fama, cliensq; dei.
Quum tecum probitas, tecum prudentia nata,
Quanti sint mores, aspicis ipse, tui.
Spes fidei, recti custos, uirtutis imago
Censeris, uerum hoc dicere fama solet.
Publica syncere testantur munera uitæ,
Inclyta frugifero germine facta uirent.
Quum te relligio diuinaq; nomina laudant,
Diceris ante alios pontificale decus.

AD REVERENDISSIMVM DOMINVM PETRVM
de Gamratis Pontificem Camenecen. Decanum Plocensem, Præpositum sancti
Floriani in Kleparz.

PHœbi, castalidumq; decus dignissime Præsul,
Pacato uultu perlege scripta mea.
Aspice, si quid habet recti, uel si quid honesti,
Si quid grande sonat pagina nostra tibi.
Aut oratio si mortalibus, inspice, prodest,
Si celebrat Christi nomina magna pij.

Forsitan hæc mireris sat non dogmata culta,
Nunc tibi plura quidē, nunc meliora dabo

AD REVERENDVM DOMINVM IOANNEM DE Lasko, Præpositum Gnesnensem & Lanciciensem, ac Serenissimi Poloniæ Regis secretarium.

MVsarum soboles, doctorum summe uirorū,
Gloria certa patris, Sarmatiæq; decus.
Est tibi secreti longe lux optima suasus,
Nata Iouis summi res agit illa tuas.
Pectore fido quis clementior alter habetur,
Aut quis prudenti simplicitate prior?
Cui sunt ingenij dotes, moresq; probati,
Et diuina probas dogmata, sis, quod ames.
Perfugium doctorum nil nisi dulce uirorum
Diceris esse, quibus mitis amator ades.

AD MAGNIFICVM DOMINVM NICOLAVM VOLSKY CAstellanum Voynicēn. & Serenissimæ Reginæ curiæ Præfectum, Sanocēn. Lanskoronēn. Lomzēn. & Visnensem Capitaneum.

TV generosa propago, quæ uirtutibus amplis
Diuitias uitæ, & congeris omne decus.

Sollers consilium, & prudens sententia rebus
Reginæ arbitrio statq; caditq; tuo.
Sunt tua militiæ multis notissima terris
Munera, sunt largæ nobilitatis opes.
Est tua perpetuos uirtus habitura triumphos,
Viuere non pacto nobiliore potes.

AD REVERENDVM DOMINVM BERNHARDVM VAPOVVsky, Cantorem ecclesiæ Cracouiēn. Lancicieñ. & Posnanieñ. Canonicum, ac secretarium Regium.

ASTra, polumq; capis qui sacra Palladis arte,
Ætheræ noscis qui uaga signa domus.
Qui secreta poli nunq̃ sublimia fallis,
Astris naturæ munus opusq; doces.
Sic probitas, animi dotes, uiresq; capacis
Ingenij magnum te super astra ferunt.

AD REVERENDVM DOMINVM IOANNEM HORVVAT DE Lumpnicza, Prothonotarium sedis apostolicæ, & Præpositū ecclesiæ cathedralis sancti Martini in comitatu Scepusiēsi, patronū suū.

CArcere te potui clausus sentire patronum,
Quum mihi captiuo das alimenta tua.
Pro donis quicquid meruisti summe patrone,
Det deus id pretium nobile posco tibi.

AD ANDREAM DE VALENTINIS EX MVTINA

Serenissimæ Reginæ Bonæ Phisicum, Sandomirieñ. & Trocensem Præpositum, atq; Canonicum Cracouiensem.

Qualem se Pylades fido præstabat Oresti,
Præstiteras talem te mihi sponte tua.
Quod mihi iam nouus, & fidus sis factus amicus,
Munus Perithoi tu pietate refers.
Nuper amicitiæ dotem promiseris amplam,
Et Pylades alter semper amicus ades.

AD SECRETARIVM REGINE BONE CAROLUM Antonium de monte cinere Bononiensi, Canonicum Plocensem & Pultouiensem.

Carole tu Iouis, & superum mitisime cultor,
Vnus perpetua qui pietate uiges.
Sic es uirtutis, sic relligionis amator,
Fautor castalŋ, præsidiumq; gregis.

AD IODOCVM LVDOVICVM DECIVM DE VOLA

secretarium Regium, numismatis procuratorem & Consulem Cracouiensem.

Foelix ingenŋ facundo pectore polles,
Nec sinis Aonios dissimulasse choros.
Sollers mille modis illud laudabile monstras,
Quod Phœbum lassas tempus in omne tuum.
Clarum sic lumen sollertis Apollinis auges,
Quod nunq̃ studŋs poscis adesse tuis.

AD DOMINVM IOANNEM ALANTSEE VENETVM

Aromatorium Cracouiensem & Plocensem

Vnus eris multos inter uenerandus amicos,
Vndiq; quum iactat me tuus ille fauor
Cum mihi sis animũ nixus monstrare fidelem
Rebus in aduersis, confugiumq; dares

AD MARTINVM ZALOGAM POZNANIENSEM

Sodalem suum.

HÆC Martine tua est reuerentia nota sodali,
Et uirtus etiam non pietate minor.
Tam placidæ uoces, tanta est clemētia linguæ,
Tam sublimis amor, tantus in ore fauor.
Hoc mihi tu debes, de quo censeris, ut unum,
Non minus officijs, q̄ pietate probes.

EPITHAPHIVM VENERABILIS DOMINI IOANNIS DE Gemnicz, olim Decani Olomucensis.

HOc tumulo seruus Christi requiescere gaudet,
Qui nitidum supplex plausit adire polum.
Qui laus relligionis erat, qui Palladis arteis
Excoluit, sparsit qui probitatis opes.

EPITHAPHIVM MARTINI DOBERGAST CONCIONATORIS

HIc situs hic ego sum, Christi resonabilis echo,
Cui decus, & nomen contio sacra dedit.
Sed mihi non deerant subitæ contagia mortis,
Calcarunt tetricæ quum fera fila deæ.
Quid probitas, quid relligio, quid fecit honestas,
Quis non in uita uiderat ista mea.
Nonne tot exemplis uitæ pulcherrima uirtus,
Duxerit ante oculos me super astra dei.

EPITHAPHIVM MAGISTRI MARCI RVSTINIMICI VIENNENsis quondam collegæ.

ILle sacri Phœbi cultor, summiq; tonantis,
Cui data musarum dona fuere nouem,
Hic situs est Marcus, quem torsit tristis egestas,
Qui uarij casus uulnera sæua tulit.
Nil Lachesis tractat, nisi tam cito stamina rumpit,
At nulli parcit, cunctaq; membra necat.

MAGISTRI FRANCISCI MYMERI SILESII HÆC SEquuntur carmina.

EPITHAPHIVM IOANNIS MYmeri fratris nostri germani unici.

MAtris olim q maximū
Fui solatium, & decus
Fratris, meo atq; auūculo
Spes uera fui
Res digna fui.
Sub molli miser gramine
Solus en ego hic iaceo,
Cui Clotos inuidens fera
Et ante diem
Et ante tempus
Vitæ disrupit stamina.
Nam quatuor sanguisugi
Prædones hic uulnerib⁹
Ach dolor sæuis

Proch scelus multis
Secarunt mea corpora.
Quæ multos tñ post dies
Mēdicus hac in uiridi
Locauit humo
Affectu pio.
Charę uiator obsecro
Dic ossa cubent tumulo

Sed spiritus perpetuo
Cum de uiuat
Cum deo regnet.
Nemo ergo fidat uiribus
Iuuentæ nimium suæ,
Nā falce curua mors mala
Et iuuenes secat
Vt senes necat.

EPITAPHIVM MARTI NI DOBRGAST Concionatoris.

Moribus & uita fuerat [illegible] ubiq;
Distribuit pia [illegible] Christi & opes.

Impressum Cracouiæ per Hieronymū
V[illegible] Anno M.D.XXXII.

1534